

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Praeposteri

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**

236 DIALOG. SACRORVM  
bis, neminem posse ad me uenire, nisi hoc ei datum  
fuerit à patre meo. Iam uerò multi à me propterea  
discedunt. Quid uos? num etiam uultis discedere? P.  
Domine, quem adæamus? tu uerba uitæ æternæ ha-  
bes: & nos credimus & nouimus, te esse Christum,  
Dei uiuentis filium. I. E. Equidem uos duodecim ele-  
gi, sed uestrum unus diabolus est.

SENTENTIA.

Animæ cibus magis est procurandus quàm  
corporis. Ut pane corpus, sic ueritate (qui  
Christus est) anima pascitur.

PRAEPOSTERI. Matth. 15.

Marc. 7.

ARGUMENTVM.

Iesus à Phariseis & scribis de discipulorum  
suorum illotis manibus reprehensus, in illos  
reprehensionem retorquet, demòstratq; pec-  
catum non extra, sed intus esse in animo.

Pharisæi & Scribæ, Iesus, Di-  
scipuli, Petrus.

**C**ur a faciunt discipuli tui contra institutum  
antiquorum, ut cibum capiant illotis mani-  
bus? I. Cur & uos contra præceptum Dei faci-  
tis instituto uestro? Deus enim (uti ait Moyses) pa-  
rentem utrumq; coli præcepit: & si quis patri ma-  
tri ue maledixerit, cum morte multari. At uos ita  
homi-

homines institu-  
num in-  
is plus  
ere fo-  
it quàm  
Dei.

homines instituitis, ut parentibus demonstrent, donaria à se in fiscum templi collata, in ipsorum parentum utilitatem esse cessura. Ita estis in causa, ut nihil ad illam honoris speciem addant, dum se satis parentibus facere arbitrantur, si in templum donaria conferant: quamuis parentibus non, ut debent, subueniant. quo uestro instituto, Dei præceptum rescidistis. Multa sunt eiusdem generis alia, in quibus dum hominum instituta teneatis, Dei præcepta omittitis: lotiones urceorum, & poculorum, & cætera eiusmodi. Ficti homines, rectè uaticinatus est de uobis Esaias, ubi ita dicit: Hic populus ad me ore accedit, & me labijs colit: sed animo procul à me absunt. Verùm frustra me ex institutis præceptisq; hominum uenerantur. Sed attendite omnis multitudo, & intelligite. Non quod intrat per os, coinquinat hominem: sed quod exit per os, hoc uerò coinquinat hominem. Si quis habet aures ad audiendum, audiat. **DI.** <sup>b</sup> Ecquid scis, Pharisæos isto tuo dicto esse offensos? **I.** Omnis stirps à patre meo cælesti non plantata, extirpabitur. Si nite eos: duces sunt cæci cæcorum. Quòd si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadent. **P.** Ediffere nobis sententiam istam. **I.** Adeò ne etiam uos tardi estis? aut nondum intelligitis, nihil quod extrinsecus in hominem intrat, posse eum coinquinare: non enim in cor penetrat, sed in uentrem fertur,

<sup>b</sup> Pharisæis uerò dictis factis offenduntur

<sup>c</sup> Videtur hominè, est hominem animam.

tur, & in latrinam per excrementa ciborum eijci-  
tur. Sed quæ ex homine per os exeunt, ea ex corde  
proficiscuntur, coïnquinant hominem. Hinc nascun-  
tur malevolentia, hinc adulteria, hinc supra, caedes,  
furta, falsa testimonia, sordes, malicia, dolus, preter-  
uitas, inuidencia, maledicta, superbia, stulticia. Hec  
tam multa intrinsecus manantia, polluunt hominem.  
At illotis manibus cibum capere, non polluit ho-  
minem.

## SENTENTIA.

Ficti homines speciem pietatis habent: eius-  
dem uim repudiant. Quo quisq; plus tribuit  
rebus exterioribus, eo minus habet interio-  
rum. Tanto minoris quisq; facit speciẽ, quan-  
to plus habet rei.

CHANANAEA. *Matth. 15.*

*Marc. 7.*

## ARGVMENTVM.

Iesus à Chananæa exoratus, eius filiam libe-  
rat à furia.

Chananæa, Discipuli, Iesus.

**M**iserere mei, ò tu Dauidide. filiam habeo,  
quæ furijs miserè agitur. Heu me infelicem,  
ne respondere quidem dignatur. Obsecro te clemens: at  
que etiam, miserere mei, respice me, uere tua in me  
clementia & mansuetudine. D. Absolve eam, quæ  
sumus: clamore nos obtundit. 1. Non sum mis-  
sus

sumi ad oues  
ne subueni mihi  
Nec enim con-  
telligit. c. Et  
medus de mic  
dominorum su  
fides. Obtineto  
di letamam su

Christus  
mè uidetur  
gnatur.

FERM

Iesus disci-  
pulis arguit,  
tuali dixerat

**C**Auete  
scorum  
rodas. D. H  
1. Quid uob  
uobis esse omis-  
sue sensum omni